




PALAEASTRA LATINA



SUMMARIUM

SERVATORIS NATIVITAS.

ANNUS VERGILIANUS: (T. M.^a Planas).

IN MEMORIAM: (E. Martija).

REDEMPTORIS APUD POPULOS EXSPECTATIO:
(J. Leache).

CONLOQUIA IN SCHOLA: De instrumentis mu-
sicis disputatio. (T. Planas)

CURSUS GYMNASTICUS: P. Vergilii Maronis.
(M. López).

NOVA ET VETERA: Grammophonum. (I. Gon-
zález).

GRAMMATICALIA: (E. Jové).

VARIA: (J. Brengaret).

EXERCITATIONES SCHOLARES.

BIBLIOGRAPHIA: (I. González).

PER ORBEM.

RESPONSORIUM.

In operculis: Ludite in PALAEASTRA, pueril

Ludite in PALAESTRA, pueri!

Federico II y el desertor⁽¹⁾

Durante la guerra⁽²⁾ de siete años, un soldado de Federico el Grande desertó; le cogieron y le presentaron al Rey. «¿Porqué me has abandonado?»⁽³⁾ le preguntó Federico. «Señor» le respondió⁽⁴⁾ el desertor, «vuestros asuntos⁽⁵⁾ van tan mal⁽⁶⁾ que he creído era preciso abandonarlos». «Pues bien»,⁽⁷⁾ le dijo Federico, «quédate todavía hasta mañana» —era la víspera de una batalla— «y si entonces no van mejor,⁽⁸⁾ desertaremos juntos».⁽⁹⁾

(1) *transfuga*. (2) *abl. sin prep.* (3) *desicere*.
(4) *inquit*. (5) *res tuae*. (6) *ad eo declinant*. (7)
igitur (8) *melius habere*. (9) *simal*.

El barbero del emperador José

Un día, habiendo llegado el emperador José a una ciudad, antes que su acompañamiento,⁽¹⁾ le preguntó el ama⁽²⁾ de la posada si pertenecía al séquito⁽³⁾ del emperador. «No», respondió el príncipe. Sin embargo, con tan lacónica respuesta no quedó satisfecha⁽⁴⁾ la curiosidad de la (buena) mujer. Buscó un pretexto para entrar⁽⁵⁾ en su cuarto,⁽⁶⁾ y viéndole ocupado en afeitarse,⁽⁷⁾ le preguntó si tenía algún cargo cerca del emperador.⁽⁸⁾ «Sí», respondió el monarca,⁽⁹⁾ «algunas veces,⁽¹⁰⁾ como ahora, le (11) afeito.»

(1) *Comitatus-us*. (2) *hera*. (3) *cohors-tis*. (4)
esse contentus. (5) *prætextus-us ingrediendi*. (6)
cubiculum. (7) *tondere barbam*. (8) *apud impera-
torem*. (9) *ille*. (10) *interdum*. (11) *barbam ejus*.

La atención

La atención es la aplicación de la mente a (un) objeto. (1) El primer medio⁽²⁾ para pensar bien, es atender bien. La segur no corta si no es aplicada al árbol; la hoz no siega si no es aplicada al tallo. (3) Algunas veces⁽⁴⁾ se le ofrecen los objetos al espíritu⁽⁵⁾ sin que attienda,⁽⁶⁾ como sucede ver sin mirar⁽⁷⁾ y oír sin escuchar; pero el conocimiento⁽⁸⁾ que de esta suerte se adquiere, es siempre ligero,⁽⁹⁾ superficial, a menudo inexacto, o totalmente errado. (10) Sin la atención

estamos distraídos; (11) nuestro espíritu se halla, por decirlo así, (12) en otra parte; y por lo mismo, no ve aquello que se le⁽¹³⁾ muestra. Es de la mayor importancia⁽¹⁴⁾ adquirir un hábito⁽¹⁵⁾ de atender a lo⁽¹⁶⁾ que se estudia⁽¹⁷⁾ o se hace; porque, si bien se observa,⁽¹⁷⁾ lo que nos falta a menudo no es la capacidad para entender⁽¹⁸⁾ lo que vemos, leemos u oímos, sino la aplicación del ánimo a aquello de que se trata.

(1) *res*. (2) *ratio* con gen. (3) *culmus*. (4) *in-
terdum*. (5) *animo observari*. (6) *non intendentii*.
(7) *et non adspicere*. (8) *Noticia*. (9) *inconstans*,
(10) *falsa omnino*. (11) *dissolutus*. (12) *ut ita di-
cam*. (13) *sibi ostenditur*. (14) *est maximus mo-
menti*. (15) *consuetudo*. (16) *ad ea*. (17) *seg. per
del sing. del fut. perf.* (18) *gen*.

El Nacimiento

Cristo nuestro Señor nació en Belén de Judea, (1) en tiempo del rey Herodes. (2) Vino al mundo siendo cónsules Augusto César y Lucio Cornelio Sula. Fué circuncidado a los ocho días, y tomó el nombre de Jesús. (3) Después le adoraron los Magos, que vinieron de Oriente, guiados por una estrella, y le ofrecieron presentes de oro, incienso y mirra. Luego que marcharon los Magos, José preventido⁽⁴⁾ por un ángel, huyó al Egipto con María y con el Niño, para librarse de la persecución de Herodee.

(1) *Bethleme in Judaca*. (2) *ablat. absol.* (3)
y fué llamado Jesús. (4) *praemonitus*.

Carlos V

Cuentan de Carlos V, que visitando una vez cierto convento de (1) Alemania, vió a un monje que tenía la barba negra y (2) el pelo blanco por completo. Preguntóle la causa de tan extraño fenómeno,⁽³⁾ y el monje le (contestó): (4) «Señor... he trabajado⁽⁵⁾ más con la cabeza que con los dientes.» Presentóse algunos meses después al César un embajador polaco que tenía el cabello negro y la barba blanca. Recordó entonces Carlos V la respuesta del fraile, y dijo a sus cortesanos: «He aquí un embajador que ha trabajado más con los dientes que con la cabeza.»

(1) *en*. (2) *pilum autem...* (3) *res mira*. (4) *ciu-
monachus*. (5) *operor*.



MENSTRUUS DE LATINITATE COMMENTARIUS

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 6 pessetarum in Hispania, 7 in America et 8 in reliquis civitatibus. Premium mittatur oportet ad Administratorem: CER-VERA (Lérida) - Universidad - España.

SERVATORIS NATIVITAS

*Centonibus Vergilianis sub Honorio Imperatore
descripta a Valeria Faltonia Proba.*

Nunc ad te, et tua, magne Pater, consulta revertor (1)
Majus opus moveo (2), vatum praedicta priorum (3)
Adgredior (4), quamvis angusti terminus aevi (5)
Accipiet (6), temptanda via est, qua me quoque possim
Tollere humo (7), et nomen fama tot ferre per annos (8),
Quod tua progenies caelo descendit ab alto (9),
Attulit et nobis aliquando optantibus aetas (10)
Auxilium adventumque Dei (11); cum femina primum (12)
Virginis os habitumque gerens (13), mirabile dictu! (14),
Nec generis nostri puerum, nec sanguinis edit (15).
Sed quia terrifico cecinerunt *omine* vates (16)
Adventare virum (17) populis terrisque superbum (18)
Semine ab aethereo (19), *qui* viribus occupet orbem (20),
Imperium oceano, famam qui terminet astris (21).
Jamque aderat promissa dies, *quo* tempora *primum* (22)
Extulit os sacrum (23) *divinae* stirpis origo (24)
Missa sub imperio, *venitque* in corpore virtus (25)
Mixta Deo (26) subiit cari genitoris imago (27).

(1) Ae. XI, 410. — (2) Ae. VII, 45. — (3) Ae. IV, 464. — (4) Ae. III, 38. — (5) G. IV, 206. — (6) Ae. III, 96. — (7) G. III, 9. — (8) G. III, 47. — (9) Ae. IV, 7. — (10) Ae. VIII, 200. — (11) Ae. VIII, 201. — (12) Ae. VIII, 408. — (13) Ae. I, 319. — (14) G. II, 30. — (15) B. VIII, 45. — (16) Ae. V, 524. — (17) Ae. VII, 69. — (18) Ae. II, 556. — (19) Ae. VII, 281. — (20) Ae. VII, 258. — (21) Ae. I, 291. — (22) Ae. IX, 107. — (23) Ae. VIII, 591. — (24) Ae. XII, 165. — (25) Ae. V, 344. — (26) Ae. VII, 661. — (27) Ae. II, 560.

Verba, quae notantur litteris Italicis inmutata fuerunt a poëtria.

ANNUS VERGILIANUS

Dulce sane est atque amabile viro studioso rerumque vicissitudines cupidō considerandi ea mente revolvere facta, quorum splendore universi orbis historia maxime coruscat. Etenim eadem magistra est vitae, praesaga futuri, spiritui quies et suavitas, mentique lux splendida. Ea admirationem gignit, animi vigorem ad sublimiora excitat, terrenae demum caducitatis generat despectionem, vel si verba Tullii mavis, «Historia est testis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magistra vitae, nuntia vetustatis.»⁽¹⁾

Quid mirum itaque, si de populo Romano, hac commodum tempestate cum universi homines humanioribus dediti litteris moriam Mantuani vatis celebrant, quaedam et nos in admirationis pignus perinlustris Poëtae veluti cogamur obferre?

Jam vero tibi, lector suavissime, «Annus Vergilianus» quae quantaque in Republica Romana anno Latinorum Principis Poëtarum natalicio acciderint, breviter enarrare vel in memoriam saltem revoicare conabitur. Namque tunc temporis Cicero magnam sibi laudem in oratione contra Verrem adquisierat; Pompejus ex Hispania in Sertorium victor evaserat; Romanam deinde veniens, gladiatoriibus fusis, ibique triumphans Consulatus munere ob merita, aetate non obficiente, donabatur. Res vero publica in novam videbatur nasci vitam sub Pompeji Magni dominatu. At ubi contentio inter duos illos celebriores duces, Pompejum scilicet et Caesarem, haud multos post annos orta est, eadem imperio nascenti et splendenti, caduco tamen, locum cessit. Itaque haec nobis est enarranda periodus omnium singularis in qua nodus historiae Romanae implicatur, neque certus, attamen proximus, exitus illius portendi valuit.

Ne ergo articuli «Anni Vergiliani» titulo decipiare, de Vergilio non nisi obiter et laudanter erit sermo. Contra, in proximis numeris, Deo juvante, loquar primo de Reipublicae Romanae statu generali, anno quo Vergilius hujus mundi lucem sortitus est. Quae universa tabula, cum fuerit depicta, praecipua ex illa latius explanare conabor, qui consules, quae recordatione digniora facta, qui publici homines majore fama decori.

Quod si hisce meis paginulis fueris delectatus, summa ex illo, quem maxima certe voluntate inpendi labore, mihi laus erit impertita.

Vale.

THOMAS M.^o PLANAS, C. M. F.

Cervariae, Kal. Novembribus an. MCMXXX.

(1) De Oratore, I. II, cap. 9.

In memoriam.

Egregio viro Josepho Fonts, pbro. de
Latini litteris bene merenti in ejus obitu.

Occidit immitem cedrus jactata per Austrum,
Occidit, heu! tonsa fronde virente jacet.
Funere prosequitur restinctam Ausonia prolem;
Luget cultorem sacra Camoena suum.
Musa, mili tristes elegos nunc praecipe, digna
Ut valeam egregio nectere serta viro.
FONTIUS ille fuit, Vicensis splendor et urbis,
Gentis et Hispanae clarus in orbe decor.
Quinque, nimis felix, complevit lustra sacerdos
Integer, et meruit rite litare Deo.
Te, Josephe, leves Latii muliere potentis
Aurae, et Parnassi frigida temperies.
Singula quid memorem? Magis aere perennia, Joseph,
Fulgida doctrinae stant monumenta tuae.
Invada mors, cur non dilecto parcis amico?
Quare crudeli falce repente rapis?
Ast decadentem rutilantis limina caeli
Excipiunt, vita perfruunturque nova.
I, decus o nostrum! Christus, quem saepe vocasti
Dulcior invitat te refovetque sinu.
Felix esto tuis: Dominum, Josephe, precare
Ut pateant nobis regna beata poli.

Henricus MARTIJA, C. M. F.

Cervariae, 28-X-30.

Hoc loquendi genus, pressum, locuples, numerosum, majestatis plenum et dignitatis, mire dixeris comparatum ad serviendum Romani Pontificatus gloriae, ad quem Imperii sedes tanquam hereditate pervenerit. (Pius Papa XI, De Sermone Latino in Epist. Apost. «Officiorum Omnium», Aug. 1922.

Redemptoris apud populos exspectatio

Ecclesiae Catholicae operositas pro Missionibus infidelium maxime semper enituit; nostra vero memoria sic in omnes orbis regiones sese difudit, ut in ejusmodi exercitiis omnem operam consumere videatur. Verba scilicet Divini Praeceptoris ejus oculis cottidie obversantur: «alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere». ⁽¹⁾ In quod quidem magno opere magnoque studio intendere necesse est, cum vi divini praecepti, tum ex eo quod universi generis hominum vehementer desiderio aptissime respondeat.

Factum est enim inlustre notumque omnibus, totius orbis nationes et urbes quendam hominum Liberatorem, Sapientem simul et Sanctum, promissum jam a primis temporibus, expetivisse atque exspectasse; quem, etsi nescierint quando, certe venturum credebant. Atque huc prorsus spectat oratio nostra, ut quo melius liceat quoque perfectius, quaedam ex monumentis litterarum, quae hanc exspectationem lectoribus patefaciant, in lucem proferamus.

Sed antequam de factis ac testimonii singularibus dicimus, quidquam dicendum videtur de veterum theogoniis, quas perplurima haud parvi momenti universo generi hominum abdita continent, non satis detectas esse arbitramur.

Eam partem, quae de origine et generatione deorum disserit, theogoniam appellamus. Plurimae apud veteres theogoniae quae, etsi aliis nationibus aliae, tam indissolubili nexu inter se coniectuntur ut homo aliquantulum animo secum cogitans ipsa ratione in hanc potissimum sententiam adducatur, ut existimet universas, quae supersunt, unum atque idem argumentum tractare. Hominem primo beatam duxisse vitam, qua neque beatior, neque dulcior, ne ditior quidem usquam singatur; eam deinde turpi quodam scelere labefactatam infelicissime amisisse simulque in diccionem ferociis tyranni venisse; neque vero eam novam vivendi rationem diuturnam putare sed plurimi annis traductis, Servatorem quendam, a quo genus hominum in pristinum redigeretur statum, venturum fore universoque orbe potiturum. Hic omnium Servator omniumque Redemptor Vischnu ab Indis, Mithras a Persis, Perseus a Graecis, Pursu a Slavis, Thor a Scandinavis, Genteolt a Mexicanis, totiusque mundi a sibyllis Princeps celebratur.

Jam vero, communibus praetermissis, ad propria veniamus uniuscujusque nationis ab orientalibus exordium repetentes.⁽²⁾ Una omnium Sinensium vox erat Redemptorem quendam, cui illi Sanctissimum, Pastorem, Principem, Doctorem universorum, Supremamque Veritatem dixere nomen, venturum esse.⁽³⁾ Quondam Confucius sciscitatus num fuisse quis in hominibus vere sanctus respondisse fertur: ego quidem saepe de majoribus natu audivi fore ut Homo Sanctus a quo, verborum adparatu posthabito, profectura sit Fides, in regionibus Occidentis nascatur; cuius quidem Viri nullus adhuc nomen auribus accepit, sed Is mihi omnium vere Sanctissimus fore videtur.⁽⁴⁾

Eandem opinionem Xacca cum in Sinam et Tibetum, tum in Cocincinam, Tonkinum, Japoniam Regnumque Siamum pervulgavit. En tibi hujus assertioonis ratio. «Ex Saccae decreto Deus quidam salutis hominibus auctor esse creditur, postquam per eum Supremo Deo de peccatis hominum satisfactum est.»⁽⁵⁾ Fuerunt et apud Indos litterae ex quibus, si quis, quod senserint audire studeat, optime animo

(1) *Io. 10, 16.* –(2) Populum Hebraicum praeterero; clara enim res est, qua a teneris instituti sumus, hunc esse, si modo fuit aliquis, electum populum cui caelestia oracula promissa fuerunt. –(3) *Ramsay*, apud *Aug. Nicolàs*, *Estudios filosóficos...* t. I, p. 416. –(4) *Aug. Nicolàs*, *Ibid.* p. 417. –(5) *Altenan*, apud *Aug. Nicolàs*; *Ibid.*, p. 219.

teneat vulgo venturum esse regem, eumque pastoris in domo nasciturum opinari. Hic sacrificium oblaturum atque jus constituturum ubique terrarum.⁽¹⁾ Proximiores adhuc populi Chaldaici fuere veritati, cum ex sinu Virginis hunc hominem oritum crediderunt, quem, duce stella, ab ipsis visitari necesse erat.⁽²⁾

Ac de Orientalibus populis satis dictum videtur; nunc ad Occidentem transeamus. Saeculo XVII homo quidam, vir sapiens ac laboriosus, in studium antiquitatum ac traditionum Druidum diligenter se dedit, et veteres Gallos Isidim, sub imagine Virginis ex qua Filius nascitus esset, colere detexit. «Hinc Druides statuam in penetralibus erexerunt Isidi seu Virgini ex qua Filius proditus erat.»⁽³⁾ Quod conprobatum quidem fuit cum, anno 1891 labente, altaria duo detecta fuere, quorum in altero haec legitur scriptio: «Virgini pariturae Druides»; alterum vero «Matri futuri Dei nascituri» dicatum videtur.

At in his traditionibus urbs Roma principatum obtinuit. Cunctus populus in Judaeam oculos, quasi inde magna atque insolita proditura essent, continenter infiebat. Argumenta tam gravia adducam tamque firma ut ne suspicio quidem locus sit. Atque primum: «Pluribus persuassio inerat antiquis Sacerdotum litteris contineri eo ipso tempore fore ut valesceret Oriens profectique Judaea rerum potirentur.»⁽⁴⁾ Deinde: «Percrebuerat Oriente toto vetus et constans opinio esse in fatis ut eo ipso tempore Judaea profecti rerum potirentur.»⁽⁵⁾ Huc quoque prorsus spectat illud Ciceronis: «Nec erit alia lex Romae, alia Athenis, alia nunc, alia posthac; sed et omnes gentes et omni tempore, una lex et sempiterna et inmortalis continebit; unusque erit communis quasi Magister et Imperator omnium, Deus». Atque inlustrius alibi: «Sibyllae versus observamus, quos illa furens fudisse dicitur. Quorum interpres nuper falsa quadam hominum fama dicturus in senatu putabatur eum, quem revera regem habebamus, appellandum quoque esse regem, si salvi esse vellemus. Hoc, si est in libris, in quem hominem et in quod tempus est?»⁽⁷⁾

Sed jam nimis haec nostra protrahitur oratio; ideoque Vergilii testimonio sibyllino etiam nomine adflati, desinemus:

Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum
Desinet ac toto surget gens aurea mundo,
Casta, fave, Lucina:

Nec nobis filio Pollio noster Vergilius dicasse versus objiciatur, neque illud Taciti: «quae ambages Vespasianum ac Titum praedixerant», quod verbis supra memoratis subdit. Omnibus quippe, qui in terris sapientiores sunt, satis hoc ductos adulazione illos fecisse patet. Potuerunt hac de causa Imperatoribus Sibyllarum oracula admodum; at nisi Jesuchristo nulli certo videntur convenire.

JULIUS LEACHE, c. M. F.

Cervariae.

(1) Viljord, apud Bougaud, El Cristianismo y los tiempos presentes, t. III, p. 477. — (2) Schmitt, apud Bougaud, ibid. p. 408. — (3) Schedius, apud Bougaud, ibid. p. 477. — (4) Tacitus, Hist. I. V. c. XIII. — (5) Suetonius, De vita Caes., Vespasianus, c. IV. — (6) Cicero, De legibus, I. II c. XXII. — (7) De div. lib. II, c. 54.

Conloquía in schola

De instrumentis musicis disputatio

Personae: FILDEBERTUS, MARIUS,
ANTONIUS et JACOBUS.

(Procedentes de variis compitis ad forum, Fild. Mar. et Ant. convenient.)

F. — (Crepitaculis sonans). *Quam pulcrum crepitaculis diem totum resonare! namque quod maestitiam ab animo discutiant me in primis oblectant.*

M. — *Attamen semper idem sonas, neque ab iisdem sonis divideris unquam.*

A. — (Subiratus). *Mihi nimium tinnis, au- resque jam satis radis meas.*

F. — (Pacifico). *Quidquid conlubitum vobis et commodum fuerit, garrite. Mihi est animus, nihil esse quod praetermittam fausta temporis intervalla his levamentis transigere; vos, uti lubet,*

M. — (Interpellans). *Clavichordum longe melius, longe praestantius est crotalis tuis, opinor, Fildeberte.*

A. — *At ipse in pretio habeo harmonium; nam sonos, quoad placuerit, minuam aut gradatim acutius extollam, eosque, dum me juvabit, eodem in statu tenebo.*

J. — (Praecepis advenit). *Heus, quid vos disputantes invenio? quid ergo disceptatis, amici?*

F. — (Mite et pollutiae Jacobi confidens) *De rebus musicis.*

M. — (Fildeberti verba interpretans. Ironice). *Quid gratius clavicordum et harmonium, an istius... crotala seu crusmata?*

J. — (Magna pace). *Ne longius disceptatione hac prosequamini. Quid sit his omnibus praestantius, quid suavius, quid amabilius, en vobis absque dubitatione: musica una animos a terrenis ad caelstia exsuscitat....*

Omnes. — (Mirati valde). *Recte mones; ambabus, amicorum optime, tibi plaudimus manibus.*

J. — (Mira quasi voluptate recreatus). *Hac de causa vos, amici, inde in posterum mittite lites, hilaresque semper, quibuslibet oblectamini instrumentis. et cantate et exultate et psallite, Dominus.*

Omnes. — (Una). *Grates habemus!*

THOMAS M.^a PLANAS, C. M. F.

Diálogo sobre instrumentos de música

Personajes: FILDEBERTO, MARIO,
ANTONIO y SANTIAGO.

(Venidos de diversas calles, Fildeberto, Mario y Antonio se reúnen en la plaza.)

F. — (Haciendo sonar las castañuelas.) ¡Cómo gozo en tocar todo el día las castañuelas! En realidad me complacen; tan a propósito vienen para ahuyentar la tristeza del alma!

M. — Pero siempre tocando la misma sonata.

A. — (Enfadado.) Y a mí ya me has roto el timpano con el estridente son de esas sonajillas.

F. — (Con calma.) Charlad, como os venga en gana. ¿Por qué he de despreciar yo un medio tan dulce de recreo? Vosotros haced lo que os plazca.

M. — (Interrumpiéndole.) Yo siento, amigo Fildeberto, que el piano es de más lustre y valía que tus castañuelas.

A. — Pues a mí me da más por el armonio; pues a voluntad puedo bajar o subir el tono o guardarlo en una posición única.

S. — (Se presenta rápido.) ¡Holal! ¿Cómo es eso? ¿Disputando? ¿y porque?

F. — (Bajo, y puesta su confianza en el relamiento de Santiago.) De música.

M. — (Tomando al vuelo las palabras de Fildeberto. Con ironía). Dí; qué es mejor, el piano o el armonio o bien... las castañuelas y castañetas de ése.

S. — (Con mucha paz.) No disputéis más. Qué sea más excelente y entrañe mayor dulzura y sea más digna de estimación, sin rebozo os lo diré: «la música sola que arrebata de la tierra al cielo los corazones.»

Todos. — (Admirados.) Muy bien: eres digno, oh amigo carísimo, de toda alabanza y aplauso.

S. — (Con arrebato de alegría.) Con que, amigos, no disputar más y con el espíritu regocijado pulsad el instrumento que más os deleite, cantando alegremente a gloria del Señor.

Todos. — (A una.) ¡Gracias!

CURSUS GYMNASTICUS⁽¹⁾

T.—Ante leves ergo pascentur in aequore cervi,
et freta destituent nudos in litore pisces; 60
ante, pererratis amborum finibus, exul
aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim,
quam nostro illius labatur pectore vultus.

In aequore: Aceptamos esta lección del códice Moretano cuarto con los grandes críticos virgilianos Wakefield, Ladewig, Ribbeck, el P. La Cerdá y otros, la cual viene mejor con el verso siguiente: *in litore pisces*.—*Fretum:* sinécdoque, por *mare*.—*Ararim:* el Saona.

M.—At nos hinc alii sitientes ibimus Afros,
pars Scythiam et rapidum cretae veniemus Oaxen 65
et penitus toto divisos orbe Britannos.

En unquam patrios longo post tempore fines
pauperis et tuguri congestum caespite culmen
post aliquot, mea regna, videns mirabor aristas?

Inpius haec tam culta novalia miles habebit,
barbarus has segetes: en quo discordia cives 70
produxit miseros, his nos consevimus agros!

Insere nunc, Meliboee, piros; pone ordine vites.
Ite, meae quondam felix pecus, ite, capellae.

Non ego vos posthac viridi projectus in antro 75
dumosa pendere procul de rupe videbo;
carmina nulla canam; non, me pascente, capellae,
florentem cytisum et salices carpetis amaras.

Rapidum cretae Oaxen: al rápido y gredoso Oaxes. Así lean los mejores críticos desde el siglo pasado. Oaxes es un río de Mesopotamia.—*Post aliquot:* según algunos es: *post* (adv.) *video* *aliquot aristas, mea regna.*—*Barbarus:* extranjero.—*Insere nunc...;* este pasaje hasta el v. 79 es el más patético y hermoso de esta égloga.

T.—Hic tamen hac mecum poteras requiescere nocte 80
fronde super viridi; sunt nobis mitia poma,
castaneae molles et pressi copia lactis.

Et jam summa procul villarum culmina fumant,
majoresque cadunt altis de montibus umbrae.


Poteras: podrías...; en indicativo, porque expresa una idea real.—*Fronda super viridi:* sobre el verde césped; sólo en verso encuéntrase *super* con ablativo no significando la materia de que se trata.—*Mitia:* maduras.—*Poma... castaneae... et copia:* en prosa clásica no suele encontrarse esta conjunción copulativa *et* en solo el último término de una enumeración; o en todos o en ninguno.

LÓPEZ DE ZUBIRÍA, C. M. F.

(1) Cfr. p. 24.

NOVA ET VETERA

GRAMMOPHONUM



Thomas Edisson, homo sapiens cum primis aetatis nostrae, fuit grammophoni inventor, etsi ad exquisitiorem perfectiōnem hoc adparatus genus in dies adductum est. In finem jam vergente superiore saeculo, physicus Mediolanensis exco-gitavit phonographum seu instrumentum ad vibrationes vocis humanae vel cujuslibet soni inscribendas idoneum super cylindrum, at plurimum, ceream. At meritum ejus praecipuum fuit inventio alterius adparatus, huic quidem parilis sed modo inverso dispositi, qui grammophoni nomine venit. Ejus modi, igitur, instrumenti est vibrationes sonorum in disco gyratorio insculptas auditui nostro admovere.

Grammophona alia sunt mechanica, alia vero electrica eisque nos non modo animi causa sed etiam ad comparandam sapientiam multis ex acroamatibus large profluentem abutimur. Quo soni facilius ab auditoribus percipientur, grammophona ornantur bucinis, resonatoriis, altisonis, cet.

VOCABULARIUM

1 Bocina	<i>Bucina</i>	6 Disco	<i>Discus</i>
2 Brazo	<i>Bracchium</i>	7 Freno	<i>Frenum</i>
3 Diafragma	+ <i>Diaphragma</i>	8 Regulador	* <i>Moderatorium</i>
4 Bracito móvil	<i>Bracchiolum mobile</i>	9 Manivela	<i>Manubrium</i>
5 Surco	<i>Sulcus</i>	10 Estilete	<i>Stilulus</i>

Explicatio picturae. Pictura ob oculos ponit grammophonum mechanicum fere communissimum, cuius vulgaris tractatio sic contrahi potest: Ope parvi *manubrii* (9) nonnullae rotationes dantur interno instar horologii machinamento intendendo. Hoc machinamentū uniformem eumque rotatim mo-

tom imprimis catino (*plataforma*) cui *discus* (6) artissimis *sulcis* (5) inscriptus superinponitur.

Duobus tunc *bracchiis* (2, 4), verticularum vices gerentibus, stilulus sedulo sulcis aptatur qui quidem subtilem in vibrando membranam exagit, *diaphragmate* (3) obductam. Haec membrana aërem movens ad nos usque sonos transmittit; cursui disci ordinando, eidem autem inhibendo *frenum* (7) inservit.

ALII ADPARATUS AURICULARII

Altavoz	<i>+altisonum</i>	Radio	<i>*radium</i>
Audífono	<i>*audiphonum</i>	Radiófono	<i>*radiophonum</i>
Audiómetro	<i>*audiometrum</i>	Radiola	<i>*radiolum</i>
Audión	<i>*amplificatoria</i>	Receptor	<i>+receptorium</i>
Auricular	<i>+auriculare</i>	Resonador	<i>*resonatorium</i>
Detector	<i>*detectorium</i>	Sirena	<i>siren</i>
Diapasón	<i>diapason</i>	Sonómetro	<i>monochordum</i>
Estetoscopio	<i>*stethoscopium</i>	Teléfono	<i>*telephonum</i>
Fotófono	<i>*photophonum</i>	Timbre	<i>+tintinnum</i>
Gramola	<i>*grammophonum</i>	Transmisor	<i>*transmissorium</i>
Micrófono	<i>*microphonum</i>	Trompetilla	<i>*auricularia</i>

I. GONZÁLEZ, C. M. F.

Cervariae.

R. L. P.

Nobilis nostrae Congregationis polygraphus, Idemque Vice Moderator Generalis Adm. Rdus. P. Franciscus Naval omnium sodalium maerore et commiseratione, ex hac vita ad superos evolavit plenus annis atque meritis. PALAESTRA LATINA, cuius redactioni litterariam suam operam erat sponte pollicitus, tristitiam lectoribus testatur ab hisque vehementer et preces et placula postulat pro aeterna tanti viri requie.

GRAMMATICALIA

Quomodo in Latinum vertantur indeterminata verborum subjecta

Subjecta illa de quibus sermonem instituimus, in lingua hispanica exprimuntur fere indefinito pronomine *se* (1): id autem pronominis variis rationibus iisque elegantissimis in linguam Latinam vertit, quas cunctis PALAESTRAE LATINAЕ lectoribus volumus esse notas.

Vertitur igitur: 1.^o *Formâ passivâ* verbi cui subjicitur. Tunc autem aut a) complementum directum verbi, fit subjectum passivae, e. gr.: *laudor*, «se me alaba»; *laudamini*, «se os alaba»; *boni cives amantur*, «a los buenos ciudadanos se les ama»; *libidines coercendae sunt*, «se han de refrenar las pasiones»; —aut b) deficiente complemento directo verbum modo inpersonali ponitur, e. gr.: *sic itur ad astra*, «así se va al cielo»; *ventum erat ad (templo) Vestae*, «se había llegado al templo de Vesta».

2.^o *Tertiâ numeri pluralis personâ*, cum *se* idem est ac «la gente» (*homines*) cum verbis dicendi, nominandi, credendi, e. gr.: *Hercules bobes Gerionis abegisse narrant*, «se dice que Hércules ahuyentó los bueyes de Gerión». Saepe autem ponitur pro subjecto adverbium *vulgo*, e. g.: *vulgo ex oppidis gratulabantur Pompejo*, «se felicitaba a Pompeyo desde los pueblos».

3.^o *Primâ numeris pluralis personâ*, cum is, qui loquifur, in propositione etiam comprehenditur, e. gr.: *quae volumus libenter credimus*, «lo que se quiere, se cree con gusto»; *naturam si sequemur ducem, nunquam aberrabimus*, «si se toma por guía la naturaleza, nunca se errará».

4.^o *Secundâ numeri singularis personâ*, cum locutio habetur cum persona ficticia collectivitatē reaesentante, v. gr.: *Ut sementem feceris, ita metes*, «lo que se siembre, se recogerá». *Quem docilem velis facere, simul attentum facias oportet*. «Al que se le quiere hacer dócil, conviene que se le haga también atento». *Memoria minuitur, nisi eam exerceas*. «La memoria se disminuye si no se ejercita. *Si vis pacem, para bellum*, «si se quiere la paz, prepárese la lucha».

5.^o *Pronominibus indefinitis* (*aliquis, quispiam, quisquam, quis, quisque*) ex. gr.: *dicet aliquis* «se dirá»; *forsitan quispiam dixerit* «quizá se diga»; *facile quis credit* «se va a creer fácilmente»; *quae quisque vult, ea libenter credit* «lo que se quiere, se cree con gusto».

6.^o *Locutionibus peculiaribus*: *scriptum legimus apud Ciceronem*, «se lee en Cicerón»; *scriptum videmus, scriptum est vel est simpliciter in libris Ciceronis* «se lee en las obras de Cicerón»; *Ut ajunt, quemadmodum ajunt, ut dicitur, quod ajunt, ut est in proverbio* «según se dice». *Accepimus, constat, traditum est, nemo ignorat, quis est qui nesciat, quis non audivit, quis non legit*, «se sabe».

7.^o *Vocabulo «res»* cum se exprimit in oratione certum eventum, positionem, rerum statum, e. gr.: *Res venit ad arma atque ad pugnam*: «se vino a las armas y a la lucha». *Res haud procul a seditione erat*: «se estaba a un punto de la revolución». *Res est in periculo*: «se está en peligro». *(Res) bene (se) habet*: «se pasa bien».

EMMANUEL JOVÈ C. M. F.

1) Cataunaice *hom*, gallice *on*, germane *man*.

V A R I A

Mater Christi

Inter laudum paeconia, quibus Mater Ecclesia Mariam Virginem prosequitur, unum est maxima virtute ac praestantia praeditum. Enimvero postquam in litanis praecipua ejus privilegia nominavit, haec verba in ore nostro ponit: «Mater Christi».

Plurimae in hac invocatione subaudiuntur excellentiae, quae Virginem Mariam exornarunt. Praecipuas brevi sermone primum aperiemus, et postea Isaiae prophetiam Novique Testamenti quaedam testimonia divinam attestantia Maternitatem, nec non adjuncta loci quibus eadem in Historia aperte manifestantur.

Multum Maria Virgo humilitate enituit et sumo pudore. Perspicuum sane est ex Sacris Scripturis mulierem ad sublime Maternitatis divinae munus notatam ac designatam exornari ac praecellere debere omnibus demissione animi atque vitae temperantia et modestia. Quid magis tantae animae, divino lumine perfusae, congruens, quam sui cognitio qua quisque demittitur, quae et stimulus concitat ad suavem virtutum odorem intendendum, ut jucundior excelsae Dei Majestati adpareat, pudore nempe ac temperantia ornatus, tene-roque erga Deum amore?

Quae tamen admirationem rapit et omnes alias Mariae dotes excellit, est *inmaculata Conceptio*, id est, omni macula originali exstisso liberam, eximia atque mirifica gratia alii nulli mortaliū concessa. Quare possumus dicere donorum Largitorem, gratias, quibus Mater Christi egebat, effuse largēque eidem tribuisse.

Isaias illis verbis sublime Maternitatis divinae mysterium praecinit: «*Egredietur virga de radice Jesse et flos de radice ejus ascendet*».

Omnis perturbationis expertes Maria et Joseph ejus Sponsus in domo Nazareth versabantur, cum Caesaris Augusti edictum illius pacifice domus tranquillitatem turbavit. Maria et Joseph Bethlehem petierunt. Post multas tribulationes et incommoda multa, postquam sol verticem caeli pluries percucrerat, Maria et Joseph civitatem David pervenerunt. Joseph ut custos Sponsae inmaculatae omnia pulsavit ostia ut divisorum tandem nancisceretur, at... nullibi locus illis et habitatio ubi ex lassitudine itineris requiescerent. Postremo Joseph et Maria civitate egressi in humile tugurium sese contulerunt. Ibi omnibus egens in medio duorum animalium Filius Dei nascitur ex Maria Virgine. Ibi videres humilem advenam, sanctum Joseph; ibi etiam Filium Dei hominem factum; ibi tandem humillimam Virginem, ipsam, inquam, humilitatem, sed nihilominus Matrem Fili Dei, «Matrem Christi».

Ille martyr egregius Divus Ignatius, quem Deus magnis muneribus sibi devinxerat, quiique Ecclesiae doctrinam hausit a beato Johanne Apostolo, Mariam «Cristiferam» consalutat in crebris litteris de ea conscriptis. Haec autem est ratio cur divinae legis interpres Ecclesia ab initio litaniarum melifluam hanc invocationem in ore nostro ponat, ut semper ac maximo fervore. Illam honoremus ejusque Filium singulare amore prosequamur.

J. M. BRENGARET, C. M. F.

Celsonae, VI Kal. Novembris.

EXERCITATIONES SCHOLARES

Censorinus Palaestritis suis

Ecce Barbastrensis Seminarii alumni, quam cito ad palaestram processerunt! Ex tribus compositionibus de eodem themate oblatis optima nobis visa est quae primo loco in his exercitationibus exhibetur. Ne deficiant animo reliqui, sed potius ardenter de aliis scriptionibus faciendis cogitent. Omnes scire oportet qui scriptiunculas miserint, fasciculum esse accepturos in quo propria scriptio adparebit.

Diligentiores tamen sunt Cervarienses et Donbenitenses nostri postulantes qui nihil intentatum relinquunt ut in PALAESTRA valeant prodire, quorum quidem sunt reliquae compositiones praeter ultimam hujus tertii numeri. Praeceptores Seminariorum vehementer rogamus ut alumnorum animos erigant viamque eis ad concertandum parent.

Praetor et pistores. (num. I) (1)

Pistorum legatio constituit se quadam die coram praetore civitatis opportunam ab eo postulans facultatem qui panem redderent cariorem. Legati vero dum votis praetori apertis, ad iter se adcingerent, dissimulanter super mensam crumenam nummorum satis plenam deseruerunt, pro optatis existimantes pretiosum metallum longe eloquentius quam exquisitissima argumenta facturum. Aliquot post dies regressi sunt pistores ut de praetoris consilio consci consci fierent, non cunctantes quin crumena id quod valuerant effecisset.

Quaenam vero fuit eorum admiratio cum audierunt praetorem adloquentem: «Equites, judicio et justitia causam vestram consideravi, nec eam satis momentosam inveni; totam enim civitatem injusto vexari auctario absonum autuno. Quod ad crumenam die superiore nostri congressus hic a vobis relictam, me talem esse voluntatem vestram cogitantem, nosocomis civitatis dedisse certiores vos facio. Nullam denique mihi persuadeo pati vos jacturam praesentibus pretiis siquidem stipem tam copiosam pauperibus erogare potestis.

Johaqim RIVERA

Ex Seminari Barbastrensis. IV Lat. cursu

(1) Sic mittemus Palaestritas nostros ad num. PALAESTRAE in cuius operculis prodit vernacula lingua, quae compositio nunc in Latinam redditia profertur, ut utramque possint conferre.

Sancti Angeli.—(Num. I) Hi sunt, mi Deus, custodes qui hujus pacatae Hierosolymae muros custodiunt; montes sunt qui eam obsident, custodes qui nos defendunt, cives hujus beatae civitatis matris nostrae, quos Tu mittis ut bene illis facias qui heredes futuri sunt regni tui et vitae aeternae praemium consecuturi; hi sunt qui nos diligunt ut gloriae socios, qui in singulas horas et ubique nos admonent, confirmant, protegunt et in omnibus necessitatibus nobis subcurrunt; qui discurrunt et deprecatores sunt inter te et nos, obferentes tibi suspiria nostra, lacrimas et orationes, gratiam et tuam benedictionem nobis adsequentes.

Nos adjuvant in labore, nos custodiunt in requie, nos cohortantur in pugna, nos coronant in victoria; cum pro te patimur, miserentur, et gaudent cum in te laetamur.

Franc. Xav. ADERN.
ex IV Lat. cursu.

De litteris recte conformandis.

—(Num. I) Refertur gallicus rex adhuc puer, religiosae ac litterariae educationi magistrum habuisse episcopum, et militari, exercitus ducem, qui horridas faciebat litteras. Dux ad episcopum scripsit, cui coram puero rege litterae sunt traditae. Data acceptaque a rege venia, epistulam resignavit episcopus, quam cum diu esset contemplatus, afflictionis signa dedit, et dolentem vultum exhibuit instar

flentis. Eum interrogavit regius discipulus, an quidquam infestum ei eveniret, cui ecclesiasticus: «Domine, inquit, non de me angor sed de vestrae Majestatis fato, quod duos tam inscos habeas magistros: alterum, qui scribere nesciat, ducem; alterum, me scilicet, qui nesciat legere.

D. HERNANDO

Religio Christiana. — Humana scientia cum Jesu Christi Religione collata, mera stultitia, inscritia vilisque res est. Quidquid gravitatis, prudentiae, sapientiae, puritatis, sanctitatis, religionis admirationeque digni et plausu, sapientissimorum in gentibus hominum scripta continent; quidquid in eis commendatur, discitur, efferturque laudibus in caelum, omnia definita in lege nostra sancta prius, rectius apertiusque inveniuntur. Hanc legem cognoscere perfecta sapientia est, juxta eam vivere virtus perfecta.

Antonius JORGE, C. M. P.

Ex V Latinitatis anno.

Donbeniti VI Idus Novembris.

Poësis Vergiliiana. — Forte poëtarum nemo profundius quam Vergilius in artificiis stili facilissimus est versatus; in quem miram loquendi varietatem et quamdam inexhaustam rythmi copiam introduxit. Dum aures lectoris oblectat, hujus aspernانت attentionem tepescere non patitur nec affectus paratos quaerit neque tenorem nativum deserit ut fulgentis falsitatis auxilio vincat. In scriptis homo agnoscitur qui postquam locutus est in regia Caesaris cohorte, in solitudine expurgat quod ibi didicit et sensu delicato perficit. Ex eleganti gyro exametri usque ad electionem verborum ubi vocales consonantibus vocesque suaves asperibus librantur, haec omnia in operibus suis demonstrare tendunt mentem atque expressionem sponte erupisse. Praecipue Bucolica atque Georgica

sunt perfectissimum antiquarum litterarum exemplum; desperatio illorum qui tenaciter contendunt colere didacticum poëma atque de difficultatibus sine labore triumphant.

Josephus ELCANO, C. M. P.

Ex IV Latinitatis cursu.

Vitae Vergillii incantamenta.

Vita Vergillii lapsa est placidior quam poëtis communiter accedit. Ab Augusto dilectus ejusque magnificentia remuneratus non de rebus romanis nec de regnis perituriis curabat, sed prope Tarentum in mediis pinis et silvis umbrosi Galeni segregatus, Tyrsi et Dafni canebat. Scopus erat jaculorum Maevi et Balbi, quamquam ab aevi illius ingeniosis praclarissimis laudibus efferebatur. In placido recessu curiosa hominum admiratio eum quaerebat, et quadam die, ubi theatrum est ingressus, populum totum, quasi adveniret imperator, surgere conspergit.

Antonius CERDÁ, C. M. P.

Ex IV Latinitatis cursu.

Pater, iterum sibila!

— In trahaculo quidam puer cum genitore vehebatur. Cum ille ex fenestella caput crebro proferret, a patre est admonitus pileum amittere posse. Cui puer irridens aures nullas praebuit. Tum pater pileum pueri subito adripiens: Vides jam, inquit, quod te frequenter admonebam: galerum amisiisti. Puer inlacrimari coepit, cui consolando pater sibilavit et ex latibulo pileum eduxit quem reconditum habebat. Sortem etiam puer experiri voluit, casus enim voluptate magna ac recreatione esse repererat. Igitur patris pileum adripuit, eumque per fenestram conjectit. Qua quidem de re cum patrem supra modum animadverteret iratum: Noli irasci, inquit filius, iterum sibila et pileus tuus ut meus adparebit.

Froilanus GÓMEZ.

Bossae in Columbia.

PER ORBEM

Conventus alter ad romana studia provehenda.— Postremis superioris Aprilis diebus, Romae, magno doctorum concursu habitus est conventus alter ad romana studia promovenda. In summa Capitolina arce inaugurus, perfectus autem est in Borromaeianis aedibus. Primus fuit labor de conservandis augendisque ubique monumentorum effusionibus, quae arcana romanae vitae patefiant, deque ratione qua annus 2000 ab Augusti decessu commemoretur. Deinde fundamentum ad «Codicem diplomaticum Urbis Romae medii aevi» exarandum posuit. Tertius de Roma actuali quoque egit et de juridica doctrina ac de litteris locutus est.

Praecipuus sit honor Carolo Gassio Palluzzio, qui alacritate, sedulitate ac cura mira omnia perfecit.

Fundatio «Bernat Metge».— Catalauni necessitatem classicae institutionis ignorare non valuerunt. Minimus tamen, qui adest apud nostrates, cultus litterarum haud parum e peregrinis, quibus utimur, versionibus pendet. Versiones vero alienae saepe saepius ad primaevum fontem non ducunt et crebrissime ab eodem distrahunt; his de causis classici lingua vernacula ad unguem transmissi, mediocriter peritis ut darentur oportebat. Quod sane votum perfecit Fundatio «Bernat Metge». De tanta igitur institutione sermonem facere liceat.

Inprimis quaeras cur Foundationis «Bernat Metge» nomine veniat? Facilis quidem responsio. Sicut dicimus Linguam Tullianam ab Ciceronis praestantia latinis in litteris, eodem modo Bernardus Metge nostros inter classicos primus est adnumerandus.

Indoles editionis. — En prorsus, institutionis scopam: ut aliae gentes nos traductiones etiam volumus sed potissime novam conlectionem instar Teubneriana et Oxoniensis adstruere. Conlectio, quamvis intellectu facilis, bibliothecis autem publicis non est mandanda. Graecos et Latinos necnon prioris saeculi auctores christianos amplectitur. Ecce ordo: primo, textus stricte classici: tum, christiani scriptores: postea, auctores secundi ordinis: denuo, technici vel scientifici tractatus. Primas, uti consentaneum est, partes suscipiunt completa opera ac subinde praestantiora, uti lyrics, fragmenta.

Textus una cum praefatione, versione commentariisque adparet. Tum textus, tum versionis sejunctim editiones fiunt.

Regulae in versione servatae. — 1. Maximi aestimatur traditio veneranda, quin neglegantur nuperimae factae investigationes.

2. Plus quam eruditionis, gustus jura tueantur.

3. Scientifica, quantum fieri valeat, perfectio obtineatur, litterarius vero praecipue finis non omittatur.

4. Fideles sunt versiones; immo magna, ut intellegantur, facultate gaudento.

Editio fundamentalis, textu ac traductione constat. Magnopere iis inserviet qui dedita opera universitariis curriculis vacant, sed classicis idiomatibus nondum incubuerunt. In Institutis paedagogicis finem adsequetur, quoniam obviae fient scholasticis relationes inter veteres et novissimas linguas.

Textus separatus, opus, quidem, perutile evadit, quod maximopere eis

qui classicis imbuuntur sermonibus intererit. Hoc praesidio auctoris sensum, quem aliter difficile agnoscere valeant, facilius calebunt.

Versio sejuncta, eis sane erit qui classicam non sapiunt linguam, eam tamen degustare exoptant. Vernaculae adminicula forsitan et ipsis classici auctores adridebunt.

Operis consummatio. Poëticas versiones et peculiares philologicae investigationes nunc temporis Fundationis mentem nondum constituant. Attamen id consilium et fundationis est ratio; quod deinceps certo adipiscentur. Idcirco fundatio «Bernat Metge» editiones criticas ex manuscriptis nondum prelo mandatis exarandas esse praestolatur: elucubrationes quoque de grammaticae, de vocabulariis auctorum et alia id genus fiducialiter sperat.

(*Sequetur*)

XAVERIUS SURRIBAS, P. M. F.

Bibliographia

«El Latín clásico enseñado como lengua viva», ab Hectore H. Hernández.—Nova Grammaticae Latinae methodus cum discipulis, tum magistris utilissima. Claritate, amplitudine, opportunitate maxime commendatur est que dignum auctoris studii et laboris diurni monumentum. Grammaticalis doctrinae expositio abunde exemplis declaratur, ut ex classicis in decursu operis deprompta sint circiter sex milia. Praecipua operis innovatio est sejunctio completa metrice a prosodia, quae modo musico evolvitur. Duæ exstant apendices adcurioris graphiae vocabulorum in omnibus fere grammaticis desideratae. Magnum quidem progressum in tradenda

Latinitate hoc opus aestimamus, quod cultoribus linguae Latinae commendamus vehementer.

I. GONZÁLEZ, C. M. F.

Responsorium

G. R. Int.: Hodie passim scriptum video *genetrix*, non *genitrix*; optima, opinor, scriptio corruptam veterem subfecit. Cur autem non eadem ratione scribendum est *genitor*, pro *genitor*, cum eandem habeant radicem?

Resp.: Vocabula *genitor* et *genetrix*, testibus linguarum peritis, a typis praelitterariis *genator* et *genatrix* originem ducunt. Attamen temporis et accentus initialis influxu hodiernis apophoniae subierunt legibus. Apophonia vero est modificatio tintinni (*timbre*) in mediis vocalibus brevibus. Modificatio diversa est prout simplex vel multiplex consona vocationem brevem sequatur. Si enim consona est simplex, a brevis generatim in i convertitur, ex. gr.: *decido*, *concino*, *editus*, *itidem*; a typis *decado*, *concano*, *edatus*, *itadem*; si vero multiplex est consona, a convertitur, in e, ex, gr.: *coērceo*, *ascendo*, *dēfrecto*, *inberbis*, a typis *coarceo*, *ascando*, *detracto*, *inbarbis*, cet. Inde tu, etsi analogiae non recte consulentibus displiceat, rectius *genitor* et *genetrix* scribes.

I. C. Int.: Non desunt qui de Italice linguae Latinae pronuntiatione nimis solliciti, eam a Summis Pontificibus quasi praecriptam esse contendant. Quid de ea re sit, velim scire.

Resp. Praeprimis quam monstruose cadat in linguam Latinam Gallica pronuntiatio nemo nescit, adeo ut cantus Gregorianus, verus cantus

Ecclesiae magnopere deturperur eorum pronuntiandi consuetudine. Inde factum est ut promulgato a Papa Pio X «Motu proprio» de musica sacra, quibusdam ad instaurandum inter Gallos cantum Gregorianum visum est instaurata linguae Latinae pronuntiatione opus esse, quos inter Card. DUBOIS qui anno superiori Parisiensis Archiepiscopus decessit. Ad quem litteras placitae voluntatis testes miserunt et Pius X (1) et Pius XI (2) ex quibus nihil aliud potest argui quam eorum voluntas cantui Gregoriano apud Gallos consulendi, cui quidem rei satis fieri possesse sibi videbantur subficiendo Italicam pronuntiationi Gallicae. Unde qui animos perturbant aliarum gentium praescriptionibus Pontificis omnino commenticiis, parum recte facere censentur, cum praesertim eorum linguis tam recte quam Italica cantum Gregorianum modularis. In hoc negotio probatum iterum videmus veterum proverbium: *quae volumus facile credimus.* Volunt illi quidem ut Italica

pronuntiatio evulgetur et ideo facile credunt praescriptam fuisse. Cum autem nullo nitantur testimonio, rationes adjungere temptant, quarum eam probabiliorem existimant, quod vera linguae Latinae pronuntiatio minime sit cognita, atque ideo ad eam confugiendum quae sit proxima vere. Quaenam autem? Italica, ajunt, ut pote quae in Latinorum antiquorum terra usu venit. Utrumque autem falsum est, nam et apud philologos quoad substantiam classica linguae Latinae pronuntiatio prorsus est nota. et certum omnino est Italicam linguae Latinae pronuntiationem non proprius quam Germanam scilicet, pronuntiationi classicae accedere.

INPRIMI POTEST.

Nicolaus Garcia, C. M. F.
Sup. Gralis.

NIHIL OBSTAT

Clemens Ramos, C. M. F.
Censor

INPRIMATUR

Valentinus, Episc.

Typographia F. Camps Calmet. — Tarregae

(1) «Votre lettre du 21 juin dernier, comme aussi celles que Nous avons reçues d'un grand nombre de pieux et distingués catholiques français, Nous ont appris, à Notre grande satisfaction, que, depuis la promulgation de Notre *Motu proprio* du 22 novembre 1904 sur la musique sacrée, on s'applique avec un très grand zèle, dans diverses diocèses de France, à faire en sorte que la prononciation de la langue latine se rapproche de plus en plus de celle qui est usité à Rome; et que l'on cherche en conséquence à rendre plus parfait selon les meilleures règles de l'art, l'exécution des mélodies grégoriennes, ramenées par Nous à leur ancienne forme traditionnelle.

C'est qu'en effet la question de la prononciation du latin est intimement liée à celle de la restauration du chant grégorien, objet constant de Nos pensées et de Nos recommandations, depuis le commencement de Notre Pontificat.

L'accent et la prononciation du latin eurent une grande influence dans la formation mélodique et rythmique de la phrase grégorienne; et par suite il est important que ces mélodies soient reproduites, dans l'exécution, de la manière dont elles furent artistiquement conçues à leur origine. Enfin la diffusion de la prononciation romaine aura encore cet autre avantage, comme vous l'avez fort bien remarqué, de consolider de plus en plus l'œuvre de l'unité liturgique en France, unité accomplie par l'heureux retour à la liturgie romaine et au chant grégorien.

C'est pourquoi Nous souhaitons que le mouvement de retour à la prononciation romaine du latin se continue avec la même zèle et les mêmes succès consolants qui ont marqué jusqu'au présent sa marche progressive; et pour les motifs annoncés plus haut, Nous espérons que sous votre direction et celle des autres membres de l'Episcopat, cette réforme puisse heureusement se propager dans tous les diocèses de France» (A. A. S. vol. IV, p. 557)

(2) Nous avons plus d'un motif d'honorer d'une juste louange vos divers mérites. . . . votre zèle admirable pour encourager tout ce qui contribue à l'honneur de la Maison de Dieu, en particulier cette spéciale attention que vous avez donné au chant ecclésiastique et à la prononciation romaine des textes liturgiques latins. (A. A. S. vol. XVIII, p. 639.)

INDEX CRITICO-LITTERARIUS

Biblioteca «Antonio Agustín» - San Pablo, 4 - Tarragona (España)

**Commentarius trimestris de disciplinarum documentis quae digesta
veniunt litterarum ordine ad hunc modum:**

1. Tituli omnium articulorum et lucubrationum opportu-
num quae in commentariis circiter 400, tum nationalibus tum ex-
teris continenter prodeunt indeole plerumque scientifica-religiosa.

2. Tituli omnium librorum in commentariis circiter 80 re-
censitorum et judicatorum.

Igitur INDEX CRITICO-LIT-
TERARIUS est instrumentum laboris
utilissimum iis qui in disciplinas
incumbunt: dux quem minime licet
neglegere ut celeriter locos inven-
nias ubi quaestiones agitantur re-
ligiosae, scientificae vel litterariae,
quas quoquo tempore desidera-
veris (1). Originalissima ejus for-
ma chartaria schedules editorum
fasciculorum ordine litterarum di-
gestas perpetuo patitur habere.

INDICE CRITICO-LITTERARIO
magis subcurrere consilium fuit
difficultati quam omnes scriptores
totiens solutam voluerunt, ut nem-
pe, investigatio et documentorum
exquisitio in sexcentis commenta-
riis, qui hoc tempore eduntur, fra-
giera et facilis deveniret.

Huic quidem rei suam operam
conferunt conplares illustres be-
neficiarii, eruditi scriptores, bibli-
othecarii, sacerdotes saeculares et
regulares bene multi.

SUBNOTATIO ANNUA

In HISPANIA et AMERICA (2).	10	pessetis
In RELIQUIS CIVITATIBUS . . .	12	>
NUMERUS SOLUTUS	3	>
NUMERUS DUPLEX	5'50	>

FASCICULI EDITI:

1928-I(exhaustus); 1928
-II, 3 ptis. (paucia rema- nent exemplaria); 1928
-III-IV, 5'50 ptis.; 1929
-I-II, 5'50 ptis.; 1929 -
III - IV, 5'50 ptis.

Cito citius subnotationem seu subscriptionem petito, magnus
enim commentariorum numerus, qui cotidie ducomentorum seriem con-
plebunt, pretium subnotationis INDICIS CRITICO-LITTERARII coget
augere; tunc vero prioribus subscriptoribus quidquam commodi in auc-
tario accedet.

(1) In digerendis thematis redactis in conlectionem ordinem malutinus litterarum, quod et majore
inventionis celeritate gaudet, neque ambagibus ansam praebeat: atque ex alia parte, ut pariter ordinatio-
nibus per argumenta commoda obtineremus, in unaquaque denominatione scientifica omnia verba laudata
quae eam referant, signata veniunt.

(2) Excipiuntur CIVITATES (estados) CANADIENSES et GUAJANAES quae in syllabo insequenti
comprehenduntur, eo quod conventionem postalem Hispanam-Americanam non participant.

Palaestra Latina

MENSTRUUS DE LATINITATE COMMENTARIUS

MENSE

DECEMBRI

CERVARIA in HISPANIA prodit
opera et consilio

MISSIONARIORUM FF. IMMACULATI CORDIS
BEATAE MARIAE VIRGINIS

ANNO

MCMXXX.

MODERATORE

R. P. Emmanuele JOVÉ, C. M. F.
Litterarum Latinarum Professore et Parl-
sensis SOCIETATIS STUDIORUM
LATINORUM Membro.

PALAEASTRA LATINA in campo bonarum litterarum aus-
picato adparet omnibus pervia.

PALAEASTRA LATINA, *Magistros Latinitatis* in suis pagel-
lis ostendet, qui facili calamo linguae Latinae detegent
arcana.

PALAEASTRA LATINA, foribus apertis omnes accipiet *Adu-
lescentes* sive ex lyceis, sive ex gymnasiis, sive ex semina-
riis qui ad humanitatem sese conformare studuerint atque
confirmare.

NUNTIORUM PRETUM Solutione antelata

	Per annum.	Per 4 menses.	Per mensem.
Pagina integra:	100 pessetarum	45 pesset.	15 pesset.
Paginae dodrans:	(3/4) 75 ,	35 ,	12 ,
Paginae dimidium:	50 ,	28 ,	10 ,
Paginae quadrans:	(1/4) 25 ,	18 ,	8 ,
Paginae octava:	15 ,	10 ,	5 ,

In pagina opercalorum quarta pretium nuntiorum erit duplo ma-
jus, quae nuntia latine semper redigentur.

SUBNOTATIO ANNUA

Pretium subnotacionis an-	6 pessetarum in HISPANIA. 7 " " in AMERICA. 8 " " in RELIQUIS CIVITATIBUS.
nua, solutione antelata:	

Direc. et Adm.: *Cervera* (Lérida) - Universidad - *España*

